

corporalia. Sed aduertendum, quod non  
quicunque Vicarij hanc habent potestatem  
in Ordine Prædicatorum, sed solum illi  
qui propter absentiam, & carentiam Pri-  
oris eliguntur seu instituuntur ad presidē-  
dum, velut Prioress, ut Vicarij de Azca-  
putzalco, Atlacuihuayan, & Tepetlaozt-  
toc &c. Similiter intelligendum est quo  
ad nos Fratres Minores de illis Vicarijs  
dumtaxat, qui apud nos vocantur Præsi-  
dentes, quia abest, vel deest Guardianus, ut  
sunt Præsidentes Conuentus Sancti An-  
dere de Chiauhhtla, Sancti Andree de Cho-  
lulan, & Sancti Ioannis de Tlaxcallan &c.  
Et hoc voluit dicere Innocentius S. con-  
cedens præfatam auctoritatem Vicarijs.  
Ait enim eam concedere Vicariis in ab-  
sentia Prioris, & cuilibet habenti prin-  
cipale regimen cuiuscunq; Monasterii.  
Nam non est credendum Summum Ponti-  
ficem di&gam auctoritatem concedere cui  
cunq; Præsidenti in absentia Guardiani,  
cum sepe sc̄pius contingat Hebdomadari-  
um, & Chori Vicarium in absentia Guardia-  
norū, & Vicariorum Conventuum reſi-  
dere, secundum consuetudinem nostre  
Ecli-